



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

8 Ecclesia, quando pradia coeperit habere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

mus, ut decimas dari de omnibus non negligatis, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trid. ubi ait, cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant, præcipit omnibus cujuscunque gradus, & conditionis, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, persolvat, qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, ut c. 12. de resor. sess. 25. & cap. peryenit, de decim.

7 Secundò, † non præscribitur consuetudo contra jus naturale, vel divinum, cap. fin: & ibi Abb. de consuetud. Innocent. in rubric: num: 4, Rot. decis: 7, num: 3, eod: tit. Covarr. c. 17: numer: 8, ver: nam, & si passit, & Rebuff. de decim: quest: 13, num: 40. nec præscriberentur decimæ, si præcepto divino deberentur, quæ tamen in quota consuetudine præscribuntur, & in eorum solutione consuetudo est attendenda, c. dilecti, cum sint homines, & ibi gloss. in ver: ad consuetudinem, c. ad Apost. in fin: cum aliquibus in fin: & ibi gl. fin. de deci: Covar. eod: n: 8, ver: eas verò decimas, Boer. in consuetu: Bitor: qui de communi opinionet testatur, §. 12, tam in prædialibus, quam personalibus, Rebuff. in eod. tract: qu: 13, num. 46: & Monet. c. 5, nu: 87.

8 Tertio † moveor alio fundamento, nempe, quòd communi æstimatione in toto dominio Republicæ Christianæ, Ecclesia habet ferè decimam omnium bonorum stabilium, & si in uno dominio minus decima, in alio ultra decimam, & tempore Divi Petri, & Apostolorum Ecclesia non habebat prædia, sed bonorum ecclesia-

sticorum natura exordium habuit ab Apostolis, quibus illi fideles primi bonis venditis eorum pretium dabant, tanquam Christi Vicariis, ut ex eis fideles egeni alerentur Act. Apostol. c. 2, 5. & 6. & Baron. Anna: Eccles: § 7: num. 72. & par: 73, 1, sed postea tempore procedente, rationabilibus de causis Episcopi Apostolorum successores, prædia, quæ à pijs viris donabantur, servabant, ut futuris clericorum, & pauperum necessitatibus providerent, ut in cap: videntes, cap. Episcopus, & c. præcipimus, 12: quest: 1, cum alijs suprad: ductis, in c: 12, par. 1:

9 Constantinus † enim ille magnus, alij que deinde imperatores, amplissimis dominiis in Judæa, Græca, Asia, Thracia Africa, & Italia, ac Insulis, possessionibus, & prædijs Ecclesiam ditaverunt, ut in c. Constantinus: 96: distinct, de plene supra, in c: 12. à nu. 3, usque ad nu. 10. quibus ubi decimarum quota diminuta reperitur, præsumitur ex causa dominiorum, possessionum, & prædiorum Principum, & aliorum piorum virorum largitione Ecclesiæ acquiritorum ita compositum fuisse, & valet compositio. c. 3, c. veniens, & Abb: in c. dilecti, in fin: de transact: Rebuff. qu: 13. n: 26, & Monet. q: 5, n: 121, de decim. Et hac de causa ferè de toto agro Bononiensi non solvuntur decimæ, quia olim illa Respub. assignavit Archiepiscopo pro decimis Castrum Centi, & Castr. Plebis, Archiepiscopus Taurinensis cum pluribus Communitatibus composuit, à quibus percipit annis singulis summarum conventam auctoritate Apostolica approbatam † loco decimarum, & sic ubique, ubi auctoritate Apostolica decimarum compositio facta fuit, ad formam transactionis persolvitur,